

immunitatem et libertates cleri et ecclesiasticarum personarum
 variis modis diminueret et suppressere conabantur. Sed ipse
 clerus communi concordia et unanimi constantia pro domo dei
 ex adverso murum ascendentes et se hostibus viriliter opponen-
 tes civitatem ipsam per duos fere annos supposuerunt et tenuerunt
 sub ecclesiastico interdicto. Sed perversam eorundem mali-
 ciam civium hoc modo convincere nequientes tandem relictis eccle-
 siis et locis ac domibus atque habitationibus suis se et capitula
 sua cum omni sua suppellectile ^Nextra dictam civitatem ad
 alia se loca unanimiter transtulerunt. stantes extra ipsam civita-
 tem per annum et dimidium, donec cives ad eos reversi sen-
 tientes absentiam cleri propter multas nedum honestates ve-
 rum et utilitates sibi et civitati minime expedire cum ipso
 clero revertente extunc in civitatem ad pacem atque concordiam
 redierunt, statuta quidem, que in prejudicium et derogatio-
 nem libertatis ecclesiarum fecerunt, penitus abrogantes,
 restitutis nihilominus clero ablatis, que occasione dictorum
 statutorum suorum indebite abstulerunt.

fol. 116.

1371 aug. 22.

His^o etiam temporibus in octava assumptionis beate
 Marie sub anno domini 1371 commissum est prelium
 maximum in finibus ducatus Juliacensis iuxta villam, que
 B^{KK}agswilre^{KK} ab incolis nuncupatur, inter ducem Brabantie Wene-
 zelaim, fratrem Caroli III. imperatoris, et Wilhel mum ducem
 Juliacensem ex adverso. Cum enim idem dux Juliacensis

^N) Suppellectile ^{cod.} ^{KK}) Bayswilre 2.

Greth. 13.5.

^N) Bellum inter duces Bra-
 bantie et Juliacensem in
 marg. cod.